Thraſ. O populi Imperium, & leges; à nefario homine in libera civitate pulſamur. *Tim.* Quid ſtomacharis ô bone Thraſycles? num te defraudavi? Atqui menſuræ chœnices quatuor adjiciam. Sed quid hoc eſt? Complures ſimul adveniunt, Blepſias ille, & Laches, & Gniphon, in ſumma, eorum agmen qui vapulabunt. Itaque quin ego in rupem hanc conſcendo, ac ligonem quidem jam dudum fatigatum, pauliſper interquieſcere ſino? At ipſe congeſtis plurimis ſaxis, procul in ipſos grandino? *Blep.* Ne jace, Timon, abimus enim. *Tim.* At vos nec ſine ſanguine, nec ſine vulneribus abibitis.

Θρ. ὦ δημοκρατία, καὶ νόμοι, παιόμεθα ὑπὸ τοῦ καταράτου ἐν ἐλευθέρᾳ τῇ πόλει. Τί. τί ἀγανακτεῖς, ὦ ἀγαθὲ Θρασύκλεις; μῶν παρακέκρουσμαί σε; καὶ μὴν ἐπεμβαλῶ χοίνικας ὑπὲρ τὸ μέτρον τέτταρας. Ἀλλὰ τί τοῦτο; πολλοὶ ξυνέρχονται. Βλεψίας ἐκεῖνος, καὶ Λάχης, καὶ Γνίφων, καὶ ὅλως τὸ σύνταγμα τῶν οἰμωξομένων. ὥστε τί οὐκ ἐπὶ τὴν πέτραν ταύτην ἀνελθὼν, τὴν μὲν δίκελλαν ὀλίγον ἀναπαύω πάλαι πεπονηκυῖαν; αὐτὸς δὲ ὅτι πλείστους λίθους ξυμφορήσας, ἐπιχαλαζῶ πόῤῥωθεν αὐτούς; Βλ. μὴ βάλλε, ὦ Τίμων. ἄπιμεν γάρ. Τί. ἀλλὰ οὐκ ἀναιμωτί γε ὑμεῖς, οὐδὲ ἄνευ τραυμάτων.

FINIS.